



520
20

Z. n. 18.



18. iij.



JESUM
MUNDI SALVATOREM

IN
IPSA URBE
BETHLEHEMI

NATUM
ET IN PRÆSEPIO REPOSITUM

CONTRA ANTIQUAS PSEUDO-EVANGELISTARUM NARRATIONES, VETERUM
TRADITIONES ET RECENTIORUM QUORUNDAM LEVES RATIONES
COMMONSTRANS

AD
ORATIONEM

IN
TEMPLO ILLUSTRIS AUGUSTEI
FERIA FESTI PRIMA ET SOLENNISSIMA

NATIVITATIS
CHRISTI

POST SACRA MATUTINA
HORA XII.

AUDIENDAM

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS
UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES ET BONARUM
ARTIUM FAUTORES AC PROMOTORES

UNA CUM CIVIBUS ILL. AUGUSTEI
OFFICIOSISSIME HUMANISSIMEQUE
INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS

SS. THEOL. BACC. CONSIL. SAXO-QUERF. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P.P.





Erulgata veterum Judaeorum de Loco Nativitatis MESSIÆ doctrina fuit, quam Summi Sacerdotes & Scriba, oraculo Prophetæ Michæ c. 5, 2. suffulti, coram Rege Herode, ipsos interrogante, πῶς ἔχεις ἠγῶταί? Math. 2. 4. 5. profitentur, respondentes: ἐν Βηθ- λέεμ τῆς Ἰουδαίας: eamque populus repetit Joh. 7, 42. sēvera qua- sitione adserens ὅτι τὸ σπέρμα τῆς Δαβὶδ καὶ τὸ πνεῦμα τῆς κωνσταντίνου, venturum esse CHRISTUM. Et hanc MESSIÆ Nativitatem IN URBE BETHLEHEM factam, plene planeque no-

bis descripsit Lucas c. 2, 4. 5. 6. 7. Neque in hunc diem *Perseptes Apelle* JESUM NA- ZARENUM in ipsa civitate Bethlehem natum esse negare audent, sed ultro hoc confitentur *Gemarisæ Hierosolymitani* tr. Berachoth f. 5. 1., *R. David Ganz* in צמח דוד ed. *Vorstii* p. 177., *Auctor* Midras Echa f. 48, 3. & *Auctor* שירי רות ed. *Wagenfelsii* in Te- lis Igneis sub fin. &c. Ut autem postremus hic liber Judaicus Diabolicis proflus repletus est blasphemis adversus Christum, adeo, ut sol isto nihil unquam vidisse magis blasphemum, pronunciet *J. B. Carpovius* in Introductione in Theol. Judaicam p. 79.: ita adverso in Christianorum cœtu fuerunt, qui putidis fabulis & confictis miraculis gloriam Christi tueri allaborarunt, sed magis conspurcarunt, & Iis scriptis fidei Christianæ magis impedimento fuerunt, quam emolumento. Huc referenda sunt *Evangelium Infantie Christi* & *Proto-Evangelium Jacobi*. In illo de Loco Nativitatis Christi hæc leguntur ex Arabico per *H. Sikius* translata p. 169. Surrexit itaque Josephus & assumta Maria sponsa sua Hierosolymam abiit, venitque Bethlehemum, ut cum familia sua in urbe patria describeretur, tumque ad Speluncam pervenissent, facta est Maria Josepho, instare sibi tempus pariendo, neque se posse in urbem proficisci, sed hanc inquit Speluncam intremus. At Josephus proptere abiens, ut mulierem qua (in partu) ipsi adesset, accerseret: anum Hebræam conspicit & cum illa Josephus ad Speluncam pervenit, eamque ambo intraverunt. Et ecce replet a villa erat luminibus, lucernarum & candelarum: fulgorem excedentibus & solari hæc majoribus. Infans fasciis involutus Dixit Maria materis sue ubera sugebat - rogat *Vetula D. Mariam*: Tunc hujus prolis es mater? Veni ego, ut premium perpetuo duraturum acquirerem. Inquit - Maria: impone manus tuas infanti, quod cum fecisset anus, ex tempore munda (à lepra sive vitiligine) evasit. Paulo prolixiora sunt & commentis pleniora, quæ *Pseudo Jacobus* tradit in *Proto-Evangelio* ed. *J. A. Fabricii* p. 104. seqq. Et stravit Joseph asinam & fecit Mariam ascendere super asinam - & venit media in via, & dixit illi Maria: depono me ab asina, quia quod in me est, me urget, ut progrediatur. Et deposuit eam ab asina - & inveniens ibi Speluncam introduxit eam, & profecit illi filium suum, & exiens perquirebat obstetricem Hebræam in regione Bethlehem. Et abiit obstetrix cum ipso, & stetit in conspectu speluncæ, & ecce nubes lucida obumbrabat speluncam & infans accipiebat ubera ab ipsius matre Maria - exiitque obstetrix ex spelunca & obvians illi Salome, & dixit obstetrix ipsi Salome - magnum spectaculum, accessit, cum autem palpavit & exploravit eam [Mariam] Salome, exaruit manus ejus. - Sed accepto & gestato pueri Iesu, sanat a se Salome. Quæ commenta, ut antiqua sunt & seculo II. post Christum natum jam nota, & in varias linguas traducta: ita ex iis illam de Spelunca extra urbem Bethlehem traditionem arripuisse *Justinus Martyr* in Dial. cum Tryphone p. 304. visus est, & ex eo eandem & veteres multi & recentiores præcipue Pontificii plurimi defendunt, utpote *Turrianus, Cajetanus, Baronius, Spondanus, Fr. Sylburgius, Petr. Lanselius, Montacutius, Tillemontius, Sacy, Grotius* & innumeri alii, quibus ex Reformatis etiam accesserunt *G. Spencerus, Abr. Scultetus* &c. & ex nostris Theologis *D. Franzius* de Interpret. orac. n. 6. p. 73. Et licet primo intuitu parum in hoc negotio situm esse videri possit, sive locus ille, in quo Christus natus est, intra oppidum, an vero extra Bethlehem in via aut in suburbio situs fuerit v. *Dorscheus* Com. in Lucam p. 675., eaque Doctorem dissentio & controversia difficilium ex verbis Math. 2, 1. & Luc. 2, 4. decidi annotaverit *D. J. A. Fabricius*

bricitus in notis ad Codicem Apocryphum N. T. p. 106., cum alia Scripturæ loca, quæ quoque *Gracius* ad Luc. 2. 7. urget, utpote Jof. 5. 13. & 10. 17., eadem phrasi, tantum quid *prope* factum sit, exponant. At tamen hoc ponderandum est & pie expendendum, an, cum in S. Literis nulla hujus rei vestigia adsint, sed omnia Traditioni istius de Loco Nativitatis Christi extra urbem Bethlehem, adversa legantur, an, inquam, illud Apocryphum commentum cum puridis fabulis parum coherentibus, tanti sit pretii & fidei, ut eo hac in re tuto nitamur, & phrasæ Scripturæ sine indicio Scripturæ torqueamus? Equidem ex antiquis *Justinus Martyr* hoc forte commento deceptus videtur *A. Buchnero* in notis ad Prudentii hymn. de Nativ. Christi p. 95. Neque quod post *H. Stephanum*, qui ab ipso *Posvello* Evangelium Jacobi suppositum suspicatus erat, apud *Rainandum* tr. de sobr. fr. p. 231., *Caveus* Hist. Lit. P. 1. p. 99. putat, neminem sancti Judicii affirmare, vel Jacobi Evangelium Eustathii ætate sapere vel Eustathium istud suo calculo approbasse, dum fabulæ illius Commentario in Hexaem, inserta legantur; censura caruit; & vehementer hoc miratur *J. A. Fabricius* l. c. p. 62., cum ex *Origenis*, *Epiphani* aliorumque testimoniis ignorare non potuerit *Caveus*, vir in his literis apprime versatus, antiquissimos hosce fuisse Impositores, qui sub Jacobi nomine Evangelium apocryphum Ecclesiæ obtruserunt. Attamē *Justinus Martyr* non idem prorsus sensit cum Pseudo-Evangelista, quod collatio docet. Si ergo aliud scriptum geminæ iugacitatis, quale est *Evangelium Infantia Christi*, imposuerit *Justinus*, ut Christum non in civitate, sed extra eam natum crederet, de quo deinceps dicitur, erit illud & geminæ auctoritatis cum Jacobi Evangelio, de quo *Montanus* Exerc. 7. l. 2. scribit, quod *insigne cujusdam impii Impositoris opus sit & hæretici hominis μωδολόγημα*. An ergo ex illis commentis Historiam Sacram exponemus? An uni etiam *Justinus Martyri* hoc tribuemus, ut phrasæ Scripturæ ad ejus arreptam ficticiam traditionem flectamus, & communem Apostolicæ ætatis historiam deferamus? Quod vero etiam alii Patres Stabulum pasim nominant *Speluncam*, nobis adversum non est, & ejus sufficientem rationem reddit *Casaubonus* in Exerc. 2. adv. Baron. p. 121., quod tota Bethlehem in faxeo colle sita fuerit & ipsum Stabulum forte in rupe excidium. Extra urbem vero Speluncam fuisse, vel natum esse Christum *prope* Bethlehem, *vel juxta urbem in suburbio, in via* &c., Patres non dicunt, sed constanter in Bethlehem natum esse scribunt, & speluncam in urbe petrosa viderunt testes oculari. *Origenis* sunt l. 1. contra Celsū: *διόνου ται τὸ ἐν Βηθλεὲμ σπήλαιον ἐστὶ ἐγγυθέρην* Hieronymus, qui diu ipse hic loci commoratus est. ep. 18. scribit: *Bethlehe villula Christi & Mariæ dverforium, ecce in hoc parvo terre foramine œliorum Conditor natus est*. Et iterum ep. 27.: *Bethlehe ingressa [Paula] & in specu Sabvatoris introiens, salve Bethlehem domus panis, in qua natus est ille panis, qui de caelo descendit &c. conf. ep. 13. & in Loc. Hebr., & Com. Habac. 2. &c. Eusebius in Demonstr. Ev. l. 7. p. 347. ita, sive ἀγρὸς sive ἀίρη, meminit, ut in urbe locum Nativitatis Christi super quem Templum Imperatoris Constantini M. mater Helena exstruxerit, fuisse, satis clare prodiderit, vocat l. c. τὴν ἐν Βηθλεὲμ γέννησιν τῶν Σωτῆρος ἡμῶν, in Hist. Eccl. l. 1. c. 5. & 8., ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, & l. 3. de vita Constantini c. 42. & 43. de adificatione Ecclesiæ ἐν Βηθλεὲμ πρὸς τὴν γέννησιν αἰήρα. Haur aliter *Socrates* Hist. Eccl. l. 1. c. 17. ἐν τῷ αἰῆρα τῆς Βηθλεὲμ, ἐστὶ ἀ τὰ σάρκα γέννησις τῆ Χριστοῦ. Sic quoque scribit *Sozomenus* Hist. Eccl. l. 2. c. 2. de Helena, δύο ναὸς ἀποδόχησι, τὸ μὲν ἐν Βηθλεὲμ ἀμφὶ τῆς γέννησιως Χριστοῦ σπήλαιον. Atque huic rei Sancti Terra Sanctæ Peregrinatores testimonium perhibent & in ipsa urbe Locum nativitatis Christi, Speluncam & Templum ab Helena super adificatum referunt, Vid. *Sigismund* *Sperabands* *Raisbuch* des h. landes p. 41. 62. 194. 238. 256. 345. 357. 383. 448. 462. Et ne quonquam in his offendat, quod aliquando in extremitate urbis Templum super Spelunca nativitatis Christi describitur p. 139. & am Ende des Flecken, p. 256. addidit *Leonhardus* *Wauwolff* Medicinæ Doctor Augustanus p. 345. *Wiß* dahin vor Zeiten die Stadt gegangen. Quæ omnia falsam esse arguunt narrationem in Pseudo-Evangelii de Spelunca, quæ in *media* via fuerit, & etiam *Justinus Martyris* traditionem de Spelunca *σπείρη* τῆς κώμης *prope vicum* refellunt. Nisi forte *Martyrem* servemus per hæc ejus verba l. c. p. 303. γεννήθηκε δὲ τότε τῷ παιδίῳ ἐν βηθλεὲμ & quæ in Apol. 2. p. 75. de Bethlehem scrip sit κωμὴ δὲ τῆς ἐστὶ ἐν τῇ κώμῃ Ἰουδαίας ἀπέχουσι σπείρη τετακτοῦ πρὸς Ἱεροσόλυμα ἐν τῇ ἐρήμῳ*

ἰσοῦ χριστοῦ. Eiusque proinde ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τῆς κώμης opponi censeamus non κώμης simpliciter, sed ordinariis ædificiis & in primis diversorio in extremitate urbis, cui stabulum in rupe adhæsit & prope fuit. Contradictionem aliquam in his: *natum esse in Bethleem*, & *peperisse Mariam in spelunca prope vicum*, animadverterunt ipsi Traditionum Patroni. Eam vero, conciliationem quam ipsi in particula ἐν, quam vertunt apud vel prope, V. Sylburgius in Notis ad Justin. M. p. 55., quarunt, aliis dabant in voce κώμης, ut de ædificiis interpretentur & in primis de diversorio, ad quod pertinuisse specus eique prope fuisse censetur. Nam illud ex Evangeliiis certum est, quod Joseph & Maria venerint in urbem Bethleem & diversorium ingressi sint, quando enim Lucas scribit: διὸν ἐκ τῆς πόλεως ἐν τῷ κλημάτι, indicat hoc ipso, Parentes Christi ingressos fuisse diversorium, atque in urbe in diversorio fuisse. Quod vero locus negatur in diversorio partui commodus in peculiari conclavi aut hypocausto, non tollit rationem diversorii omnem, nec Parentes Christi urbe expulit, sed tantum in stabulum diversorio adhærens & in ἀσπλάγι οὐρεγγυῶς κώμης prope villæ diversorium propulit: quia sc. locus in isto diversorio, in quo erant, alius partui commodus, ipsis non erat, coacti sunt concedere in stabulum jumentorum, quod ipsum etiam ab Ambrosio ad Luc. 2. & Nazianzeno diversorium appellatur, quod pars diversorii fuerit & ad diversorium pertinuerit. Ex urbe enim rursus discessisse Parentes Christi, & aliud diversorium extra urbem in suburbiiis aut prope urbem quasvile, aut in media via peperisse Mariam, contra omnem Scripturam & veram antiquitatis fidem est. Argumenta autem impostorum non sunt argumenta, nec iis adeo facile nos abduci a textu S. Scripturæ Mich. 5, 2. Matth. 2, 1. 5. 6. Luc. 2, 4. - 11. patiemur. Portas Bethlehemi clausas, (si modo exiguis hic vicus eo tempore muros & portas habuit,) per quas in urbem nocturno tempore venire poterunt Pastores, si noctu venerunt, aperuit Grotius ad Luc. 2, 7. scribens: *Pacis temporibus exitum atque aditum potuisse in urbes Judææ non est negandum, cum Christus sæpe nocte multæ exierit Hierosolymis.* Et quæ quæ ista sollicitudo est de Pastoribus, quomodo invenire poterint Pastores JESUM in præsepi intra mœnia Bethlehemi, si tamen Scultetus pro probabili habet, cum Bethleem vicus locusque ignobilis & parvus fuerit, pluræ præter unum diversoria ibi non fuisse. An hoc ignotum potuit esse Pastoribus, qui etiam divinitus manu quasi ducti fuerunt dato signo, & præsepi quasi digitis monstrato juxta Maldonatium apud Spenglerum Misc. Sacr. p. 83. An ergo his rationibus Scultetus in Medulla Patr. P. 4. p. 201. & iterum in Exerc. Ev. c. 50. iterumque in Delic. Ev. c. 18. compelli potuit ad diversorium extra Bethleem in suburbiiis (qualia nulla probavit Bethlehemi fuisse, confingendum, quod nominatum fuerit Φάθη die Krippi, der Gasthöff, das Wirthshaus zur Krippi? Prorsus ridicule. Non enim legitur quod Joseph & Maria in præsepio diversati fuerint, sed quod Maria infantem nascens in voluntum in præsepio posuerit. Joseph & Maria in diversorio fuerunt, sed in præsepio solus Christus jacuit. Et si præsepe h. l. diversorium suburbanum est, dicendū erit, Mariam peperisse extra diversorium, & post partum cum infante ingressam esse diversorium & infantem in illo reposuisse. Quo ipso hoc Φάθη diversorium suburbanum corrui. Præsepe vero in ipsa urbe Bethlehemi manet, quousque Verbum Dei manet, à quo non recedemus. Non enim hæc res ubi natus sit Messias? tam parvi momenti existimanda est. Graviter hanc rem scribit Martinus Chemnitius H. E. c. 8. p. 99. *Hæc debemus Traditionibus, quod a Verbo Dei abduci rem ipsam ferme amissimus. Si enim Christus non est in civitate, Bethleem natus, non potest esse verus Messias, juxta divinitus Prophetarum Matth. 2, 5.* Non e. sine Scriptura & ordinaria vocum significatione recedendum est, nec recedendo temere vel infirmis offendicula vel hostibus jacula danda sunt. Sed diu satis Bethlehemi commorati sumus, vidimus JESUM Bethlehemi natum ibique in præsepio repositum nec tamen ἰσὶν ἐν τῷ ἴσθμῳ ipsum expendimus. Adumbrabit vero illud ἰσοῦ χριστοῦ διὰ τὸ μέγα μυστήριον Incarnationis Filii Dei in elegantissima Oratione sub imagine CONJUGII CEDRICI CUM CARDUO, Judeis Nobilissimus, & Literatissimus morumque elegantia Ornatissimus Dn. JOH. MICH. GUTBLERIUS, Leucopetrensis SS. Th. Stud. indefessus, Optimi Parentis & de Ill. Augusto Merentissimi, haur degener Filii natu minimus sed & dilectissimus. Huic ut vacias aures peroranti præbeant illustres Aula Sereniss. Ministri & utriusque Reip. Proceres, nec non Ill. Aug. Cives enixissime humanissimeque; rogo atque contendo, P. P. Die 24. Dec. 1722

Nr 885.
40

ULB Halle
001 556 347



3

So.

Witt

2. C.







JESUM
MUNDI SALVATOREM

IN
IPSA URBE
BETHLEHEMI
NATUM

ET IN PRÆSEPIO REPOSITUM
*CONTRA ANTIQUAS PSEUDO-EVANGELISTARUM NARRATIONES, VETE-
RUM TRADITIONES ET RECENTIORUM QUO-
RUNDAM LEVES RATIONES*
COMMONSTRANS

AD
ORATIONEM

IN
TEMPLO ILLUSTRIS AUGUSTEI
FERIA FESTI PRIMA ET SOLENNISSIMA

NATIVITATIS
CHRISTI

POST SACRA MATUTINA
HORA XII.

AUDIENDAM

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS
UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES ET BONARUM
ARTIUM FAUTORES AC PRO-
MOTORES

UNA CUM CIVIBUS ILL. AUGUSTEI
OFFICIOSISSIME HUMANISSEMQE
INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS

SS. THEOL. BACC. CONSIL. SAXO-QUE. ILL. AU-
GUSTEI RECTOR ET P.P.

transcunt, adversa fronte
XVIII. Martii die in ILL. AU-
gustei Principis ac Domini, Domini
Margaritæ VVestphaliæ &c. &c.
instituentis, quæque hujus
tabimur: impia vero & super-
bi Illustres Ministri, adeltote
hujus Optimi Principis fruiti
Adeltote omnes, quibus Au-
gust. Martii MDCXXII.